

1702.

19. 8. Gratus, Michael: De reservatis Imperatoris.
= 2 Augst.

29. 8. Gratus, Michael: De propalio parte probato.
2 Sept. 1702 - 1765.

39. 6. c. Gratus, Michael: De provisiorum salarium
ne honoris et costis ab origine famae et pœli
~ 3 Decemb 1702 - 1703.

4. Hupprechtus, Ferdinandus Christoporus: De festamens-
tis correspactivis.

5. Scheinmann, David: De verbis honoris augo
Ihren. Worte.

6. 1703.

1. Gratus, Michael: Iehata en materia jads pro-
In Toscana.

2. Gratus, Michael: Cottulus jadis ex his Romanis
cum recentibus imperii Rom. Germ.

1703.

3. Harpprechtus, Ferdinandus Christiphorus: De compensa-
tione debitorum publicorum. Vix Aetatem suam
ad Stadt-Schulden.
4. Harpprechtus, Ferdinandus Christiphorus: De appo-
litione a jure iurando.
5. Harpprechtus, Ferdinandus Christiphorus: De factis
pacto majorum et urarum remissoriis, ex
solutione minorum praesuntio.
- 6^o Schneiderus, Gabriel: De practicis feudi . . .
= Schneiderus, Gabriel: 2 Grmbl.
- 7^o Schneiderus, Gabriel: De dominio Romano -
Germanico imperii 2 Grmbl.
8. Schneiderus, Gabriel: De renumeratione appellatio-
nis.
9. Schneiderus, Gabriel: De dinumeramentis et
renumeribus feudi . . .

1703.

10. Schröderus, Gabriel : De jure liberosum inscio
vel non consciente pabue legitimata foram.

170
171

172

DECAS POSITIONUM JURIS PUBLICI

DE POSITIONE IMPERATORIS

Ad hanc positionem Imperatoris

PRIMUS PRESIDE

EJUS EST POSITIONE SPECTABILI

ENIM IN LITERIS TRASSO, 170.D.CM.N. M.

Contra eum est P.P.O. jun. pristinus,

Ex quo se Propositus hoc status devenit.

POSITIONE CONIGITIA

III. Q. C.

173

Georgius Philippus von Schenckendorff, Sylphius Pomer.

174

Tunc etiam pro Consilio

Hpt. N. B. C. D.

DECAS POSITIONUM JURIS PUBLICI

Ex Materia

De

**RESERVATIS IMPERA-
TORIS,**

Indultu Inclytæ Facultatis Juridicæ,

PRÆSIDE

Ejusdem h. t. DECANO SPECTABILI,

DN. MICHAELE GRASSO,

J. U. D. Cod. Novell. & Criminal. Sanct. P. P. O.
famigeratissimo,

Patrono ac Præceptore suo ætatem devenerando,
Academicæ Exercitii gratia,

H. L. Q. C.

1702

D. 18. Novembr.

Ad publicè disputandum propositarum

à

GEORGIO ADOLPHO CAROCIO,
Gryphisw. Pomer.

A. M. DCC II.

Tübingæ, Literis Joh. Conr. Pitelii.

*ILLUSTRISSIMIS COMITIBUS
ac DOMINIS,*

**DN. GUSTAVO DE BONDE,
DN. NICOLAO DE BONDE,**
Comitibus in Biörnö,

*Liberis Baronibus & Dynastis in Hesleby,
Lindeholm & Toftaholm,*

Dominis suis valde gratioſis,

Exiguam hanc Chartam

infima mente manuq;

offert

REPONDENS AUTOR.

Posit. I.

JUra Sacratissimi Imperatoris, quatenus ut imper-
rans & Imperii caput consideratur, pro hodierna illius for-
ma in *reservata*, que sc. sibi soli reservavit, & *communicata*, in
quorum societatem Germaniae status assumpsit, aptè ac
commode fatis dividuntur. Præterquam enim quod ille, qui qua-
dam sibi jura reservat, statim ac semper à reliquis se abdicasse cen-
fendus non sit, adeoque Cæsaris potestas ex solis reservatis estimari
haud debeat: tot sancè testimonialis probari potest, antiquioribus
temporibus summam rerum penes Reges Germaniae cosdemque si-
mul Imperatores fuisse, nec illam Imperii communionem, prout ho-
die existit, omniumque in oculos manifestò fatis incurrit, obtinuisse;
etsi Cæsarum potestas pro singulari ac solenni in Germania liber-
tatis studio semper non parum fuerit restricta atq; limitata. add. Dn.
Rechenberg. *diss. de Mutat. forme statusq; S. Imp. Rom. Germ.* §. 14, 15, 16.
24, & *passim* per tot. Unde etiam contra illos, qui cum Monzambano
feuda Principum oblata volunt, rectè asseritur, Cæsarem in consor-
tium Majestatis ordines accepisse, vel admisisse, non vero ab his ac-
ceptum esse, ceu quos deficiente in Germania stirpe Carolingica in
plenam libertatem evasisse vel evadere potuisse nondum credimus.
Sed de his alibi & forte coram pluribus.

II.

Per reservata autem Imperatoris, quorum alias varia est acceptio, vid. Coccej. in *Jurispr. P. c. 24. §. 2.* in strictiori & pressiori significatu videntur tantum intelligenda ejura, quae ille solus sine consensu omnium statuum exercet, ita tamen ut indistincte & in universum omnia, prout vulgo quidem recensentur, pro iuribus maiestatis haberi nequeant. Alia enim Cæsari competit vi summi imperii, alia jure domini direi, quod in feudis Imperii immediatis habet, uti dicetur in *Tb. seqq.* alia denique ex singulari, quæ præ ceteris orbis terrarum potestatisbus eminet auctoritate, de qua vid. Multz. in reprs. Majest. Imp. P. 1. c. 1. §. 11. & seqq. Dn. Thomas. ad Monzamb. p. 64. 65. 66. Ad posterioris generis reservata potissimum pertinere videtur *jus creandi vel declarandi reges*, non quidem in totum, sed quatenus creandi extranci sunt principes, quippe qui Imperatoris Majestati, qua in suis rebus

optimō maximō jure gaudent, planē non sunt obnoxii; Secus ac sūt nonnullorum antiquiorum sc̄t. error meritō notatus à Viro inclyto Excellent. Dn. Schwedero, Patrono ac Præceptore nostro colendissimo, in *Intro. ad Jus P. P. S. 1, cap. 4. §. 9.* Zieg. de I. M. l. i. cap. 3. §. 14. seqq. Unde hoc in casu jus creandi reges Imperatori competens non aliunde, quam ex illius, de qua diximus dignitatis prærogativa deducendum erit, præsertim cum aliās æquitati naturali omnino consentaneum videatur, quod quivis liber populus pro suo arbitrio regem facere, arg. l. i. π. de *Confit. Princip.* vel etiam is, qui cum summa potestate sed inferiori titulo populo præfet, regium axioma prævio civium suorum consensu assumere licet posuit. Coccej. in *Hist. Portug. S. 2. art. 1. quæst. 1. p. 37.* add. Brunnenmann. in *Jurispr. Publ. Ex. 5. §. 8.* Pontificis autem consensum hīc plane non esse necessarium; in nupero programmata accurate satis demonstravit vir omnia eruditione cumulatissimus Dn. Hochstetter, Patronus ac Præceptor noster valde honorandus.

III.

De *Jure renovandi investituram statuum Imperij*, quod indubie pertinet ad reservata Imperatoris, vid. Excell. Dn. Schweder. l. c. c. 9. §. 5. an sit majestaticum non incongrue queritur? Et quanquam Dd. communiter affirmativè respondeant; ita ut illud referant partim ad jus ferendarum legum Bœcl. in *Notit. Imp. L. 4. c. 1. n. 8.* partim ad jus constituerorum magistratum Besold. in *Difser. de Regal. c. 6.*: Si tamen rem nonnihil penitus considerare velimus; facile apparebit, Cæsar's reservatum circa renovationem investituræ statuum Imper. non tam esse regale, quam jus domino feudi directo quā tali competens, prout etiam recte jam obseruavit Thomas ad Monzamb. c. 5. §. 27. p. 303. lit. Z. in fin. Idem dicendum videtur de *jure cognoscendi in controverſiis fendorum Imperij regalium*. Ratio utriusq; consistit in eo, quod quivis dominus directus hoc jus habeat, quod contingente mutatione renovatio investituræ peti ac fieri debeat. 2. F. 24. pr. nec non ut jurisdictionem in Vasallum quā talem quoad causas feudales exercere possit. 2. F. 55. in fin. licet imperio vel plane, vel etiam in Vasallum suum si destitutus. Neq; enim Vasallus quā talis statim est subditus domini sui directi. Excell. Dn. Schwed. l. c. secl. 2. c. 11. §. 7. Dn. Stryk. in *Exam. I. F. c. 13. quæst. 15.* Quæ tamen omnia ita accipi nolumus, ac si Status Imperii pro nudis ac meritis haberemus Vasallis, quiq; nulla ex parte subditi aut parentes dici possent. Quemadmodum enim verum haec tenus esse potest,

quod

quod nuda dependentia, feudalis non faciat subditum, nec impedit, quò minus Vasallus princeps summum habeat imperium, arg. l. 7. §. 1.
n. de Captiv. & postl. revers. Grot. de I. B. & P. L. 14 c. 3. §. 23. ita contra negandum minime est, status non esse simplices Vasallos, nec adeo illorum superioritatem territorialem potestatē summam, (*non obſt.* §. 62. Inſtr. P. C. G.) sed summa vel proximam, vel æmulam; id quod fatis intelligitur ex eo, quòd actus superioritatis maximè jurisdictionales, quatenus scil. legibus fundamentalibus contrariantur, aut non bene conveniunt, in judiciis Imperi corrigi reformari ac irritari possunt, cuius alias contrarium verus ac perpetuus summi imperii character est. Grot. l. c. §. 7. Nec ad rem pertinet, quod non pauci status privilegio de non appellando sint instructi. Hujus enim concessio, præterquam quòd querelam nullitatis & protracta vel denegatae, justitiæ haud excludat, Exc. DN. Schwed. l. c. ſect. 1. c. 11. §. 1. in fin. & novissimè B. D. Textor. in I. P. ſtat. Imper. t. 5. n. 49. seqq. & n. 62. seqq. conf. omnino Ill. Kulpis. ad Monzamb. p. 2. c. 5. §. 18. seqq. in ipso impetrante defectum summae potestatis & quandam arguit ſubjectionem, quæ admittenda etiam ex illorum mente, qui formam irregularem imperio nostro tribuunt, quoniam & hi illam aliquid monarchici admixtum habere fatentur; teste Thomaf. de feud. obl. c. 2. §. 26.

IV.

Objectum reservatorum in genere conſtituant vel negotia totius Imperii, vel status ipſi, vel deniq; statuum territoria illorumq; subdit; Cl. Tit. in Specim. Jur. P. L. 4. c. 3. §. 24. quatenus scil. Principes ac cæteri status volunt, nec justè prohibent, quò minus illorum subditi priviligiis imperialibus fruantrur. Hic enim generaliter obſervandum est, Cæſarem suis reservatis in statuum territoriis in eorundem præjudicium non uti; id quod jam dudum monitum à DN. Schwed. l. c. ſect. 2. c. 10. §. 8. in fin. Proinde nulli dubitamus, quin adhuc hodiè *jus fame reſtruende, legitimandi, literas moratoriaſ largiendi, penam atatis concedendi* &c. etiam ratione mediatorum, poſitis terminis habilibus & in ſenſu poſtivo non exclusivo, refervatis Imper. recte & uititer quoq; annumeratur, quicquid in contrarium differant Neoterici. Nec aliud dicendum videtur de *jure relaxandi* juramentum, vel etiam promiſſionem per formulam interpoſite fidei maximè insignioris bey Fürſti. Gräffl. Ehren / factam, ubi scil. relaxatio hujus, ut ut non ex necessitate, peritut non quidem ad evitandum perjurii periculum, attamen ad perfidie notam declinandam, vid. Magnif. DN. Praefes Patronus ac studiorum nostrorum Promotor

tor obseruandissime colendus in novissima Dissert. Inaugur. de promissione, sub amiss. honor. c. 3. thes. 4. Illud enim jus in thesi pro jure non solum reservato sed etiam Majestatico ac ordinariam jurisdictionem transcendente haberi omnino debet. Neutri obstat, quod Cameræ quoq; competit facultas relaxandi juramentum, non priori, quia hoc jus Cameræ ab Imp. specialiter est concessum, de quo testantur Gail. 1. Observ. 25. Schütz. de Stat. Rei rom. vol. 2. D. 8. tb. 16. lir. C. Alijs enim verum est, quod judicium camerale reservata Imp. exercere nequeat. DN. Schwed. l. c. sect. 1. cap. 13. §. 11. pr. Nec posteriori. Quanquam enim Camera nullis gaudeat regalibus, fallit tamen hæc regula in negotiis & causis ad iustitiae administrationem spectantibus. vid. Excell. DN. Schwed. l. c. c. 16. §. 9. in fin. Si autem in hypothesis queratur, an Carolus V. hoc jure reservato rectè usus fuerit ap. Thuan. L. 6. p. 198. ? ad singularis facti circumstantias erit respiciendum. vid. Boecl. in Notit. Imper. L. 4. c. 1. p. 103. Vitr. in Instit. J. P. L. 3. t. 2. §. 28. ibiq; Pfessinger. in nor.

V.

Quanquam jus ferendarum legum sit comitiale omniumq; statuum consensum desideret, Instit. P. C. S. art. 8. vñ. g. audeant: jus tamen promulgandi Edictum quoddam universale perq; totum imperium valitum reservatis Imper. rectè anumeratur per §. 100. & 102. Instit. P. C. G. it. Kaiserl. Executions-Edict. ibi. und als wir zu solchem End von obhabenden. Cujus rei ratio facile patet ex eo, quod in genere ad Caesarum pertinet cura providendi, ne Imperium detrimenti quid capiat, maximè in casibus incidentibus nec moram patientibus, ex quo etiam capite Imperator aliquando rectè bellum movet. Cap. Leop. art. 13. Atqui, cum Edicta sint illæ legum species, quæ ad observantiam in talibus negotiis incidentibus emanare solent, rectè quoq; solius Imperatoris potestati fuit relictum, ut illa sine statuum consensu cum effectu condere ac promulgare possit; id quod exemplo mandatorum avocatoriorum pluribus probat Textor. in J. P. Caesar. t. 12. n. 180. seqq.

VI.

Jus belli nomine imperii suscipiendi ac gerendi ad jura communicata pertinere regulariter verum est. Quo tamen non obstante jus decernendi repressalias universales contra exterros reges vel Resp. non improbabiliter ad reservata referuntur cum Gail. de pignor. c. 1. n. 5. Reink. de R. S. & E. cl. 5. c. 6. n. 227. Rationem assertiois nostra afferimus hanc, quod in dubio, an hoc vel illud jus summi imperii communicatum censeri debeat, non nisi stricta interpretatio locum habere possit, bene

ne ita observante Ill. Obrecht. in *Diatr. de Vexill. Imper.* c. 4. p. 21. Illa vè-
rò utiq; suadet, ne quod de jure belli proprie talis in legibus imperii
fuit dispositum, extendatur ad jus repressaliarum, quæ et si bello affi-
milentur; id tamen in universum & maximè ratione formæ non
procedit. vid. Ziegl. de *J. M. L.* t. c. 34. §. 22.

VII.

Porrò reservatis Imper. rectè quoq; accensetur *jus exteris largien-*
di facultatem conscribendorum militum in imperio per R. I. de ao. 1654. §. 186.
Excell. Dn. Schwed. l. c. S. 1. c. 26. §. 5. add. Dn. Stryk. in *disp. de Jur. milit.*
Imper. c. 2. §. 8. Neq; ulla apparet idonea ratio, cur cum nonnullis re-
centioribus J.P. Scriptoribus hodie aliud obtinere existimemus. Sanè,
quodecunq; jus soli Imperatori fuit relictum, atq; in cuius exercitio ad
totius imperii omniumq; statuum salutem ac iura respicere tenetur,
id ab illo solo his invitatis in auctum deduci, aut ipsorum superioritatem
territorialem turbare aut offendere dici nequit. Deinde quemadmo-
dum imperialis curæ est, providere, ut, dum exteris legendorum mi-
litum facultas tribuitur, ea, quæ hac de re in legibus fundamentalibus
salutariter fuere disposita, bene observentur: ita quoq; quin, quod
hic Cæfari in toto imperio licet, idem quoq; singulis statibus in suis
regionibus liceat, variis ex rationibus vix erit ambigendum. Si vero
planè non sunt audiendi, qui ex illa Principum libertate, quâ ipsis ex-
teris militare integrum est, v. Excell. Dn. Schwed. P. S. f. 2. c. 17. §. 2. his
jus legendi milites in imperio quæstum esse tradunt. vid. egregius &
inclitus quondam Academiæ Patriæ JCt. B. D. Gerdef. in *tract. de man-*
datis avocatoris. c. 6. §. 2. & 3.

IIX.

Quantum ad negotia ecclesiastica, et si Pontifex Romanus sit in
possessione vel quasi juris constituendi Episcopos Germanie, qua et-
iam pro prefenti rerum statu non ita facile exi forte poterit: nihil-
minus tamen ipsa Episcoporum electio in praesentia Cæfaris fieri de-
bet; ita ut simul penes hunc, in casu discordia elegantium, sit jus arbit-
randi & sic electionem perficiendi; idq; vigore reversalium ipsius
Calixti Heinr. V. Imp. datarum, quas vid. ap. Gold. T. 1. *constit. imper.* p.
258. confer. Dn. Schilt. *de Libert. Eccles. German.* L. 4. cap. 5. §. 7. & L. 5. cap.
1. §. 2. it. c. 5. §. 3. seqq. Porrò ad reservata Imperatoris Ecclesiastica præ-
ter jus primiarum precum (quod juxta rei veritatem utiq; est maje-
staticum, v. Dn. Schwed. P. S. f. 1. c. 5. §. 15. adeoq; etiam in invitatos exer-
ceri potest, prout satis probant executoriales precum Caroli IV.

apud

apud Leibnütz. in Cod. dipl. Jur. Gent. P. 1. D. 98. p. 222.) rectè hodiendum
refertur ius confirmandi Academias, v. Stryk. de Jur. Papal. Princip.
Evang. c. 6. §. 8. nec non ius advocatæ Ecclesiastice, quod tamen in totum &
quæ universum sui ambitum pro parte imperii civilis haberi nequit.
vid. Capitul. Caroli V. art. 1. nec eatenus, quatenus Pape & sedis Ponti-
ficiæ defensionem respicit, Protestantibus odiosum aut damnosum
videtur. Dn. Slevogt. in Dissert. de Advocat. Imper. Ecclesiast. thes. 34. vid.
tamen artic. 1. Capitul. Leopold.

IX.

Subjectum reservatorum ordinarium est Imperator; extraordinariū
Rex Romanorum & Vicarii Imperii. Sed ille tantum in casu
absentia Imperialis; (mortuo enim Imperatore Rex Romanorum
definit & ipso jure sine novo actu Cæsar esse incipit,) adeo, ut quæ jura
tunc exercet, omnino sint iura Majestatis. Ita enim arbitramur,
quod Rex Romanorum statim atque elelio ab ipso fuerit acceptata, re-
vera habeat Majestatem, non nuda potentia, sed actu primo (quæ duo
in moralibus quoq; & civilibus differre planum est, vid. Illustr. Kulpis.
de Legat. Stat. Imp. cap. 4. §. 8.) et si non habeat regulariter in actu secun-
do, in quem demum Cæsare absente, vel etiam alias impedito abit ac
refolvitur. Alii alter, sed quibus præter textus copiose adductos ab
Excell. Dn. Schweder. Part. Spec. 5. 1. c. 3. §. 8. varia opponi possunt, de
quibus forte in ipso conflitu videbimus. v. omn. Dn. Text. in J. P.
Cæst. 5. n. 38. 39.

X.

Quod de Rege Romanorum dictum, illum esse *subjectum* extraordinarium re-
servatorum Imperator, idem quoq; de *Vicariis Imper.* verum est, & quidem non solum in
casu absentia verum etiam mortis Cæsare, quanquam prius quæ Electorem Saxonæ
valde sit controversum, vid. DN. Schwed. P. S. f. 1. c. 33. §. 6. Sunt quoq; quædam jura
expresæ excepta in A. B. c. 5. §. 1. que, et si alias sint de *Reservatis* Imperatoris, à Vicariis
tamen exerceri nequeunt. Quò etiam pertinet renovatio investituræ feudorum
Regalium, & quidem Principum tam Ecclesiasticorum, quam secularium. Quò tamen
non obstante Imperatorem tempore absentia vicaris specialiter concedere posse
facultatem conferendi feuda majora eo rectius asseritur cum Rher. in II. P.L. 1. 5. §. 9.
quod minus dubitandum, ut in genere iura Majestatis, ita quoque reservata Cæsarea
quoad exercitum dependenter in aliud transferri posse, et si, maxime si
in signum suprema & universalis potestatis competant,
non sint cessibilia uti nec præscripti-
bilia.

Tantum!

SOLI DEO GLORIA.

ULB Halle
006 380 859

3



vd 18

B.I.G.



B. C. D.

DECAS POSITIONUM JURIS PUBLICI

Ex Materia

De

RESERVATIS IMPERA- TORIS,

Indultu Inclytæ Facultatis Juridicæ,

PRÆSIDE

Ejusdem h. t. DECANO SPECTABILI,

DN. MICHAELE GRASSO,

J. U. D. Cod. Novell. & Criminal. Sanct. P. P. O.
famigeratissimo,

Patrono ac Præceptore suo ætatem devenerando,
Academic Exercitii gratia,

H. L. Q. C.

D. 18. Novembr.

1702

Ad publicè disputandum propositarum

à

GEORGIO ADOLPHO CAROCIO,
Gryphisw. Pomer.

A. M. DCC. II.

Tübingæ, Literis Joh. Conr. Pitelii.

